Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



228

℟. Ad aperiat dominus cor uestrum
in lege sua et in preceptis suis et fa
ciat pacem in diebus nostris con
cedat nobis salutem et redimat
nos a malis. ℣. Exaudiat dns orationes
uras et reconcilietur uobis nec uos deserat
in tempore malo. Concedat. Et con
gregauit uirtutem et exercitum for
tem nimis et exaltatus est et eleuatum
est cor eius et optinuit regiones gentium
et tyrannos. Et facti sunt illi in tributum.
Et post hec decidit in lectum et cognouit
quia moritur. Et uocauit pueros suos no
biles qui secum erant nutriti a iuuentu
te sua et diuisit illis regnum suum cum
adhuc uiueret. ℟. Exaudiat dominus
orationes uestras et reconcilietur uobis
nec uos deserat in tempore malo dns deus
noster. ℣. Ad aperiat dns cor uestrum in lege
sua et in preceptis suis et faciat pacem. Dns.
Et regnauit alexander annis duo
decim et mortuus est. Et optinuerunt
pueri eius regnum unusquisque in loco suo
et imposuerunt sibi omnes diademata post
mortem eius et filii eorum post eos annis mul
tis et multiplicata sunt mala in terra.
Et exiit ex eis radix peccatrix antio
chus illustris filius antiochi regis qui fue
rat romae obses et regnauit in anno
centesimo et septimo regni grecorum.
℟. Tua est potencia tuum regnum domine
tues super omnes gentes da pacem dne in di
ebus nris. ℣. Creator omnium ds terribilis et
fortis iuste et misericors. Da pacem. In
diebus illis exierunt ex israel filii ini
qui et suaserunt multis dicentes. Ca
mus et disponamus testamentum cum gen
tibus que circa nos sunt quia ex quo reces
simus ab eis inuenerunt nos multa ma
la. Et bonus uisus est sermo in oculis
eorum. ℟. Refulsit sol in clypeos aureos
et resplenduerunt montes ab eis et
fortitudo gentium dissipata est. ℣. Cre
rat enim exercitus magnus ualde et for
tis et appropinquabat iudas et exercitus
eius ad prelium. Et for. Et destinaue
runt aliqui de populo et abierunt ad re
gem et dedit illis potestatem ut fa
cerent iusticias gentium. Et edifica
uerunt gymnasium in ierosolimis
secundum leges nationum et fecerunt sibi
preputia et recesserunt a testamento
sancto et iuncti sunt nationibus et uenun
dati sunt ut facerent malum. ℟. Im
petum inimicorum ne timueritis memo
res estote quomodo salui facti sunt patres
nostri et nunc clamemus in celum et mi
serebitur nri ds noster. ℣. Mementote
mirabilium eius que fecit pharaoni et ex
ercitui eius in mari rubro. Et nunc. Et
paratum est regnum in manu antiochi
et cepit regnare in terra egypti ut reg
naret super duo regna. Et intrauit in
egyptum in multitudine graui in
curribus et elephantis et equitibus et co
piosa nauium multitudine et con